

tra tres habet, unum exinde tollit, et nescimus in-
tueri, per annum; sui actores exinde prendunt. Ista omnia
ad suum opus habet dux noster Ioannes, quod nunquam
habuit magister militum Grecorum, sed semper ille tri-
bunos dispensabat ad missos imperiales et ad legatarios
euntes et redeuntes. Et istas collectas facimus, et omni
anno volendo nolendo quotidie collectas facimus.

« Per tres vero annos illas decimas, quas ad sanctam
ecclesiam dare debuimus, ad paganos dedimus, quando
eos super ecclesiarum et popolorum terras nostras misit
in sua peccata et nostra perditione.

« Omnes istas angarias et superpositas, quae praedictae
sunt, violenter facimus, quod parentes nostri numquam
fecerunt; unde omnes devenimus in paupertatem, et
invident nostros parentes, et quicumque convicini nostri
Venetias et Dalmatias, etiam Graeci, sub cuius antea
fuimus potestate. Si nobis succurrit dominus Carolus
imperator, possumus evadere: sin autem, melius est nobis
mori, quam vivere ».

Tunc Ioannes dux dixit: « Istas silvas et pascua,
quae vos dicitis, ego credidi quod a parte domini Impera-
toris in publico esse deberent: nunc autem, si vos ju-
rati hoc dicitis, ego vobis non contradicam.

« De collectis ovium in antea non faciam, nisi ut
antea vestra fuit consuetudo. Similiter et de exenio do-
mini Imperatoris. De opere vel navigatione seu plu-
ribus angariis, si vobis durum videtur, non amplius fiat.
Libertos vestros reddam vobis secundum legem parentum
vestrorum; liberos homines habere vos permittam, ut
vestram habeant commendationem, sicut in omnem
potestatem domini nostri faciunt.

« Advenas homines, qui in vestro resident, in vestra
sint potestate. De Sclavis autem, unde dicitis, accedamus
super ipsas terras, ubi resideant, et videamus: ubi sine
vestra damnietate valeant residere, resideant; ubi vero
vobis aliquam damnietatem faciunt sive de agris, sive de
silvis, vel roncra, aut ubicumque, nos eos ejciamus foras.
Si vobis placet, ut eos mittamus in alia deserta loca, ubi